

**4907** Boarni ad minorem portam ecclesiae ARR.; similiter RELIQUI. Inde transtulit Brixiam in monasterium quod fuit S. Pacis Dominicus Vantini BROGN. Deinde apud Lechium; hodie in museo IOLI.

L · C L O D I O  
S T R A T O N I · E T  
C L O D · S E C V N D A E  
L · C L · C R E S C E N S  
5 P A R E N T I B  
E T · L A E T I L · S E C V N D A E  
V X O R I · E T  
*praeter marginem spatium in lapide nullum vacat*

Contuli. Habent Arragonensis ms. n. 278; Manutius cod. Vat. 5237 f. 143; Grattarolo p. 107; Rossi p. 280 (inde Mur. 1250, 10); Gnocchi ms. p. 223; Brognoli misc.; Labus *Giorn. Arcad.* 1819, 4, 12 p. 266; Ioli cat. mus. f. 28.

**4908** Boarni super pulpitem FERRAR. (PARIS.); in sacello corpus Christi VAT. 5235 f. 110 et ROSSIIUS; *entro la chiesa parrocchiale tra l'altar del Corpus Domini e quello di S. Rocco* GNOCCHI. Dominicus Vantini transtulit Brixiam in monasterium quod fuit S. Pacis BROGNOLI. Ex museo Lechiano venit in publicum. — Materni in pariete ecclesiae S. Andreae FELIC. TRAIECT. MED. ARRAG. (ms.); Calvasesii FERRAR. (REG. VERD.); errore omnes.

C · S P V R I · P R I  
M I · M I N C I  
E T · S C V T R I N I A E  
P A T E R N A E  
5 Q · C L O D · F E S T I A  
N V S · S O C E R I S  
E T S P V R I I P R I  
M A P A T E R N V S  
V A L E N T I O · F R A T R E S

Contuli. Habent Felicianus B f. 20; Ferrarinus cod. Paris. f. 151, cod. Reg. Brix. n. 86, cod. Verderiano p. 47 (inde Grut. 707, 6); Traiectinus n. 142; Mediceus n. 235; Arragonensis ms. n. 206 = 80, ed. n. 98; Manutius Vat. 5237 f. 143; Grattarolo p. 108; Rossi p. 273; Gnocchi ms. p. 224; Brognoli misc.; Ioli cat. mus. Brix. f. 26.

#### XLVIII. TRVMPLINI (*Val Trompia*).

Mella fluvius (Catullus 67, 33: *fluvius quam molli praecurrit flumine Mella Brixia*, ubi percurrit flumine mello libri; Vergil. georg. 4, 278: *curva prope flumina Mellae* cum scholio Philargyri: *Mella amnis in Gallia Cisalpina vicinus Brixiae oritur ex monte Brenno*, et Serviano; *Mella Ravennas* 4, 36) quam vallem facit in summa parte alpestri, eam, hodie dictam *Val Trompia*, testibus cum ipso eo nomine tum titulo n. 4910 olim habuerunt Trumplini (sic inscriptio tropaeorum, cuius adhuc supersunt litterae hae RVMPIL, v. quae adnotavi ad mon. Ancyr. p. 132; unde apud Plinium 3, 20, 136 emendata est tradita lectio *Triumpilini*) sive Trumplini (sic tituli tres n. 4310. 4313. 4910 librique apud Plinium 3, 20, 134). Gens ea teste Plinio 3, 20, 134 Euganea nominatur inter Alpinas ab Augusto devictas in titulo tropaeorum dedicatum a. 747/8. Belli iure deinde Trumplini videntur venisse et incolae et solum eorum (Plinius l. c. 134: *Trumplini venalis cum agris suis populus*), ut tamen non interirent, sed subditi Brixianis etiam postea Latini iuris civitatem aliquam efficerent. Nam quae Plinius addit de Latino harum gentium iure earumque ad municipia finitima attributione, ad Trumplinos quoque per-

veniunt. Deinde extant tituli duo Brixiae, quorum alterum n. 4310 Druso seniori, scilicet ei ipsi qui gentes Alpinas domuit, dedicarunt . . . ni et Trumplini, alterum n. 4313 Iuliae Titi f. *Trumplini et Benacenses*; neque ob aliam causam tituli hi proponi potuerunt Brixiae, quam quod ea harum civitatum caput fuit. Caruisse autem Trumplinos plena civitate praeter nominum formam, quae passim Raetica est, etiam *cohors Trumplinorum* indicat, cui imperante Augusto praefuit Staius quidam *princeps Trumplinorum* (n. 4910). — Praeter civitatis tituli, quos habemus ex vallis eius vicis his Bovegno Inzino Gardone Zenano Lumezzane Noboli Sarezzo, etiam pagorum aliquot nomina suppeditant. Scilicet Bovegni prodiit titulus hominis *Voben(ensis)* n. 4910, Zenani alter hominis *Gennanatis* n. 4924, quae nomina apparet esse antiqua ipsorum illorum pagorum; praeterea titulos habemus Bovegno n. 4909 *sacrum genio pagi Livi*, Inzino n. 4911 *sacrum genio pop(uli) pagi Lu[li?]*, quae nomina fortasse tum indita sunt, cum Augustus Trumplinis devictis ius Latinum dedit, in honorem eius et uxoris eius. — Tribus in his si qua nominatur, Fabia est Brixianorum (n. 4919. 4920. 4921. 4922. 4923).

**4909** Bovegni in turri ecclesiae S. Mariae ARR. et POSTERIORES. Ibi *nel fianco meridionale della stanza del Romito* GNOCCHI. Brixiae quod fuit apud Lechium, nunc est in museo exemplum, aperte falsum est; litteras habet tales A E I.

GENIO  
P A G I  
L I V I

Habent Arragonensis ms. n. 188 et apud Totium in add. p. 116 n. 360; Rossi p. 191 (inde Mur. 77, 16); Vinaccesi p. 233 (cf. p. 184); Gnocchi cod. Mant. f. 10, syll. p. 186 qui vidit; Labus mus. Mant. 2, 268, *marmi Bresc.* p. 111 n. 153 (inde Henzen 5112).

3 LIVI antiqui; LIVI exemplum falsum. 'LIVII, non LIVI, come scrive il Rossi', iam Gnocchius.

**4910** Bovegni *nel muro della disciplina* GNOCCHI COMPARONI; *nel muro della casa comunale* IOLI. Deinde Brixiae primum apud Lechium BORGH., iam in museo.

*protome mulieris*      *protome viri barbati*      *protome incerta*  
S T A I O · E S D R A G A S S · F · V O B E N  
P R I N C I P I · T R V M P L I N O R V M · P R A E F  
c O H O R T · T R V M P L I N O R V M  
5 s V B · C · V I B I O · P A N S A · L E G A T O · P R O  
A · V I N D O L · I M M V N I S · C A E S A R I S  
E T C V M M E S S A V A V E C I · F · V X O R

Contuli. Habent Gnocchi cod. Mant. f. 9'. 10, syll. p. 262; Comparoni *valli Trompia e Sabbia* (1805) p. 322; Brocchi *miniere di ferro del dipartimento della Mella* vol. 1 (1808) p. 17 ex lapide

optime; Borghesi ms.; Ioli cat. f. 26; Mazzoldi *strenna Bresciana per l'a. 1851* in tabula ad p. 57.

Titulum difficillimum equidem non intellego. C. Vibius Pansa is qui sub Caesare a. u. c. 709 Galliae Cisalpiniae praefuit et consul periit a. 712, vix potest is esse de quo hic agitur; nam suo iure provinciam rexit (Cic. ad fam. 15, 17, 3. 19, 2) neque ullo modo legati pro pr. appellatio ei convenit, quae huic C. Vibio Pansae tribui videtur. Nam *legato pro* . . . si ad ipsum Staium trahes, ex Scylla incidit in Charybdim neque ullo modo rem expedies. Quare malim referre ad Pansam alium, filium fortasse consulis a. 712, quamquam de eo praeterea non constat; potest is fuisse legatus pro pr. in hisce partibus sicut fuit M. Appuleius teste titulo Tridentino a. 731 (n. 5027). Deinde fortasse legendum [*ite*]m *Vindol(icis)*, ut Staius non solum cohorti Trumplinorum praefuerit, sed etiam numero Vindolicorum. Hoc satis apparet titulum scriptum esse ante quam Raetia in provinciae formam redacta copiae ex his partibus deductae sunt, fortasse etiam ante quam Caesar Augusti nomen suscepit.